

**Fauna insectorum Fridrichsdalina, sive methodica descriptio insectorum agri Fridrichsdalensis. Cum characteribus genericis et specificis, nominibus trivialibus, locis natalibus, inconibus allegatis, novisque pluribus speciebus additis / [Otto Frederik Müller].**

### **Contributors**

Müller, Otto Frederik, 1730-1784.

### **Publication/Creation**

Hafniae ; Lipsiae : In officina libraria I.F. Gleditschii, 1764.

### **Persistent URL**

<https://wellcomecollection.org/works/vmx32c42>

### **License and attribution**

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.




Wellcome Collection  
183 Euston Road  
London NW1 2BE UK  
T +44 (0)20 7611 8722  
E [library@wellcomecollection.org](mailto:library@wellcomecollection.org)  
<https://wellcomecollection.org>







37986/B



5  
MULLER

42550

F A V N A  
INSECTORVM  
FRIDRICHSDALINA,  
SIVE  
METHODICA DESCRIPTIO INSECTORVM  
AGRI FRIDRICHSDALENSIS,

C V M  
CHARACTERIBVS GENERICIS  
ET SPECIFICIS,  
NOMINIBVS TRIVIALIBVS,  
LOCIS NATALIBVS,  
ICONIBVS ALLEGATIS,  
NOVISQVE PLVRIBVS SPECIEBVS  
ADDITIS.




---

HAFNIAE ET LIPSIAE,  
IN OFFICINA LIBRARIA IO. FRID. GLEDITSCHII  
C1819CC LXIV.



ILLVSTRISSIMO DOMINO,  
D O M I N O  
FRIDERICO LVDOVICO  
COMITI A SCHVLIN,  
S. R. MAIESTATIS DANIAE  
ET NORVEGIAE etc.  
A CVBICVLIS.



Digitized by the Internet Archive  
in 2019 with funding from  
Wellcome Library

<https://archive.org/details/b30537873>

## ILLVSTRISIME COMES,

**R**eligionem amare, Iustitiam colere, Naturam sequi: haec **ILLVSTRISIME COMES**, per tria fere lustra intra parietes versata, iam in eo sunt, vt extra limen proferantur. Liceat ergo veterano **TVO** commilitoni, **TIBI** ingredienti theatrum, in quo illa periclitatur, ista torquetur, haec anceps est, acclamare: singulis ita conuenienter viue, vt haec illi porro famulentur. Ac, cum non minus naturam, testem diuinae potentiae et sapientiae multiformem, quam ipsius conditoris praecepta, normam ac

felicitatem vniuerſi efficientia, mecum ſecutus  
ſis, illuſtre TVVM nomen his deliciolis, quo-  
rum tanta pars TE ſibi vindicat, praefcribi in-  
dulgeas. Habeant ciues documentum, Comi-  
tem de SCHVLIN adoleſcentulum, horis,  
quibus a ſtudiis vacare oportuit, per tria natu-  
rae regna mecum ſpolia, vti quondam Scipio-  
nem et Laelium conchas et calculos, lectitaſſe:  
turpe enim cenſebas, in patria hoſpitem eſſe.  
Hinc angulus, qui TIBI maxime arridet, cul-  
torem naturae hiftoriam fiſtere poteſt. Maſte  
virtute paterna, in patriae emolumentum,  
optimi Regis miniſterium, Matris pientiffimae  
gaudium, et omnium bonorum applauſum,  
ac faue

## ILLVSTRISSIMI NOMINIS

Lipſiae, Kal. Ian.

1764.

Cultori obſeruantiffimo  
Ottoni Friderico Müller.

---

## LECTORI.

**I**n infectis, animalium licet minimis, maxime elucet infinita Creatoris sapientia et potentia. Hoc sufficeret ad excitandum hominem ad horum considerationem, si nec plura eandem persuaderent. Addamus vnum: nobiscum cohabitant et in omnes res nostras dominium quoddam nobis utile, vel noxium exercent; sunt enim Ministri vel beneficia vel supplicia Dei nutu gentibus adferentes; iustum igitur, notitiam hostis aequae ac euergetae quaeri, illius, ut repellatur, huius, ut faueatur, sine qua frustra esset media vel destruentia vel fouentia curare. Hinc facile patet utilitas historiae naturalis, ut taceam delicias eius tantas, ut nihil excedat: quid enim iucundius Deum quouis gressu in operibus suis inuenire, in animo mirari? numne finis nostrae et omnis creationis, ut eum quamplurimum cogitemus, contemplemus, veneremur? sequeremur eius praecepta, cuius diuinitatis vestigia quotidie videmus, sentimus!

Gratam occasionem nactus, maximam et amoenissimam anni partem ruri degendi, in villa nempe praenestina EXCELLENTISSIMAE, ILLVSTRISSIMAE DOMINAE COMITISSAE a SCHVLIN historiae naturalis fautricis benignissimae, duos fere lapides Hafniae distante,

horas subcesiuas ei Botanices parti, quae maiorem attentionem et quotidianam praesentiam requirit, impendi, Muscorum scilicet, Lichenum Fungorumque indagationi. Herbas diligere, et non animadvertere harum inhabitatores, sectatores, destructores, nemo nisi altero coecus oculo poterit; nouus hinc aperiebatur campus: quaesiui, inueni, cognoui, seposui quotquot eius incolarum offendere contigit; omnibus examini descriptionum Linnearum saepius comparatis, quaedam semper resistere, quibus nulla omnino nec in systemate nec in Fauna Suec. Edit. alter. 1761. conueniebat. Quo aequius igitur historiam naturalem his nouis adaugere, eo minus alienum videtur caetera eius regionis insecta simul enumerare, praesertim cum nulla haecenus in patria Fauna exstiterit, certoque asserere possim, nullum peregrinum subripuisse, quoduis vero esse domesticum; singulum enim ipse viuum legi, quam diligentissime et quantum humanae naturae cautum est vel decies contuli, suoque ordine et loco sepositum seruo. Nec tamen omnia, quae ille agellus alit, hic habentur; quaedam enim modo procul prospicere, plura vel in laruis, vel hoc ne quidem licuit; Sublegenda vero, otium si in patriam reduci forte concedatur.

Descriptiones Celeber. ac Illustris Equitis a Linné adhibui, eius methodum in nouis describendis secutus, ne scientia eiusque amatores verborum copia, varietate, vel nouitate opprimerentur.

Asteri-

Asterismum nouis speciebus apposui, vt a iam notis dignoscerentur. Characteres ordini et Generi prae-  
posui, vt inquisitio tironi facilior reddatur. Icones,  
quotquot apud praestantiores Entomologos *Frisch*,  
*Reaumur*, *Roefel*, *de Geer* — nostris adaptatae vi-  
sae, vt optimas, adituque facillimas attuli.

Libello iam impresso, in Nouellis literariis *Erlan-  
gens.* indicebatur *l'Abregé de l'histoire des Insectes dans  
les environs de Paris 1762.* Perlegens comperii, auto-  
rem huius celeberrimum a methodo Linneana in  
plurimis nouis generibus fingendis eorumque chara-  
cteribus determinandis haud parum discedere;  
scientiae naturali igitur et librorum vtriusque autoris  
lectioni facilitandae proprium ratus noua haec ge-  
nera cum characteribus ad Linneana reducere, redu-  
cta in schemate coram posui. Liberum hinc et fa-  
cile cuique lectori erit, obuium quodue insectum  
alterutrius generibus conferre, collatique descriptio-  
nem quaerere. Fruere his mecum, amice Lector,  
in gloriam supremi Numinis, oblectationem animi,  
et quamcunque vtilitatem.

---

---

A V C T O R E S,  
QVORVM ICONES ALLATAE.

IOH. L. FRISCH.

*Beschreibung von Insekten in Teutschland, Berlin 1730. 13 voll. in quarto.*

REAUMUR.

*Histoire des Insectes, Amstel. 1737 &c. 5 voll. in octavo.*

DE GEER.

*Memoires pour servir à l'histoire des Insectes, Holmiae 1752. in quarto.*

A. I. ROESEL.

*Insekten-Belustigung, Nürnberg 1746 bis 1761, 4 voll. in quarto.*

M. S. MERIANA.

*Erucarum ortus et Metamorphosis, in folio.*

ELEASAR ALBINVS.

*Historia naturalis Insect. Anglicanorum, Lond. 1710. in quarto.*

SCHAEFFER.

*Beschreibung einiger Insekten, Regensburg.*

CLERCK.

*Aranei Suecici, Holm. 1757. in quarto.*  
*Icones insect. rariorum, Holm. 1759. in quarto.*

# INSECTORVM

## DIVISIO METHODICA.

Equitis a Linné:

Domini Geofroi:

CONVENIENTIA VTRIVSQVE.

ORDO I.

COLEOPTERA\*.

Genera.	Charaâteres.	Genera.	Charaâteres.
	<i>α. Antennis clauatis.</i>		
1. SCARABAEVS.	<i>Antennae claua fili. Tibiae an- tice dentatae.</i>	1. PLATYCERVVS.	<i>Antennae in extre- mo vno versu pectinatae.</i>
		2. SCARABAEVS.	<i>Antennae claua- tae, claua lamel- lata: scutellum inter elytrorum origines.</i>
		3. COPRIS.	<i>Antennae claua- tae, claua lamel- lata: scutellum inter elytrorum origines nul- lum.</i>

2. DER-

\* I. *Coleopteris integris duris.*

*α. Tarforum articulis quinque.*  
Numeri: 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 12.  
15. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 36.  
37. 38. 41. 42. 43. 44. 45. 46.  
47. 48. 49. 50. 51.

*γ. Tarforum articulis tribus.*  
16. 28.

*β. Tarforum articulis quatuor.*  
Numeri: 8. 9. 10. 13. 14. 17. 24.  
25. 26. 27.

*ε. Tarforum primi et secundi pe-  
dum paris articulis quinque; pe-  
dum vero posteriorum articulis  
quatuor.*

29. 30. 32. 33. 34. 39. 40.

II. *Coleopteris dimidiatis duris.*

*α. Tarforum articulis quinque.*  
35.

*γ. Tarforum articulis tribus.*  
53.

*β. Tarforum articulis quatuor.*  
52.

*ε. Tarforum primi et secundi pe-  
dum paris articulis quinque; pe-  
dum vero posteriorum articulis  
quatuor.*

31.

III. *Coleopteris mollibus membranaceis.*

*α. Tarforum primi et secundi paris  
pedum articulis quinque, pedum  
vero posteriorum articulis qua-  
tuor.*

54.

*ε. Tarforum articulis quatuor.*  
57.

*γ. Tarforum articulis tribus.*  
55. 56.

*η. Tarforum articulis quinque.*  
58.

## XII      INSECTOR. DIVISIO METHODICA.

<i>Genera.</i>	<i>Characteres.</i>	<i>Genera.</i>	<i>Characteres.</i>
2. DERMESTES.	<i>Antennae</i> claua perfoliata. <i>Caput</i> inflexum sub thorace vix marginato.	4. PTILINVS.	<i>Antennae</i> secundum totam longitudinem vno versu pectinatae.
		5. DERMESTES.	<i>Antennae</i> clauatae, perfoliatae ultimo articulo solido, gibboso: <i>Elytra</i> non marginata.
		6. BYRRHVS.	<i>Antennae</i> articulis tribus ultimis longissimis, semiclauatae.
		7. ANTHRENVS.	<i>Antennae</i> clauatae integrae, claua solida compressa
		8. BOSTRICHVS.	<i>Antennae</i> clauatae, claua ex articulis tribus composita, capiti infidentes. <i>Thorax</i> cubicus caput intra se recondens. <i>Tarsi</i> nudi spinosi.
		9. CLERVS.	<i>Antennae</i> clauatae, claua ex articulis tribus composita, capiti infidentes. <i>Rostrum</i> nullum; <i>Thorax</i> subcylindraceus, non marginatus. <i>Tarsi</i> spongiosi.
		10. ANTHRIBVS.	<i>Antennae</i> clauatae, claua ex articulis tribus composita, capiti infidentes. <i>Rostrum</i> nullum. <i>Thorax</i> latus marginatus. <i>Tarsi</i> spongiosi.
3. HISTER.	<i>Antennae</i> claua solida. <i>Caput</i> retractile intra thoracem.	11. ATTELABVS.	<i>Antennae</i> clauatae, claua integra, in medio fractae: <i>Caput</i> intra thoracem.

- | Genera.                   | Characteres.  | Genera.                       | Characteres.   |
|---------------------------|---|-------------------------------|--|
| 9. ATTELABVS.             | Caput postice attenuatum.                             | 12. PISTELLA.                 | Antennae extrorsum crassiores non nihil perforatae. Thorax conicus, non marginatus.      |
| 8. CVRCVLIO.              | Antennae infidentes rostro corneo.                    | 13. RHINOMACER.               | Antennae clauatae integrae rostro longo infidentes.                                      |
| 4. SILPHA.                | Thorax elytraque marginata.                           | CLERI species.                |  |
| 6. COCCINELLA.            | Antennae claua truncata.                              | 14. CVRCVLIO.                 | Antennae clauatae fractae, rostro longo corneo infidentes.                               |
| β. Antennis filiformibus. |   | 15. PELTIS.                   | Antennae extrorsum crassiores non nihil perforatae: Thorax et Elytra marginata.          |
| 5. CASSIDA.               | Corpus ouatum. Elytra marginata. Caput tectum clypeo. | DERMESTIS et TENEBR. species. |  |
| 7. CHRYSOMELA.            | Corpus ouatum, immarginatum.                          | 16. COCCINELLA.               | Antennae extrorsum crassiores nodosae, antennulis breuiores: Corpus hemisphaericum.      |
|                           |   | 17. CASSIDA.                  | Antennae extrorsum crassiores nodosae: Thorax et Elytra marginata: Caput thorace tectum. |
|                           |   | 18. MELOLONTHA.               | Antennae ferratae ante oculos positae.   |
|                           |   | 19. LVPERVS.                  | Antennae filiformes articulis longis. Thorax planus marginatus.                          |
|                           |   | 20. CRYPTO-<br>CEPHALVS.      | Antennae filiformes articulis longis. Thorax gibbus, hemisphaericus.                     |
|                           |   | 21. CRIOCERIS.                | Antennae cylindraceae articulis globosis; Thorax cylindraceus.                           |

# XIV INSECTOR. DIVISIO METHODICA.

<i>Genera.</i>	<i>Characteres.</i>	<i>Genera.</i>	<i>Characteres.</i>
		22. ALTICA.	<i>Antennae</i> vbiq̃ue aequales : <i>Femora</i> postica crassa, subglobosa.
		23. GALERVCA.	<i>Antennae</i> vbiq̃ue aequales, articu- lis subglobosis : <i>Thorax</i> inaequa- lis, scaber, mar- ginatus.
		24. CHRYSOMELA.	<i>Antennae</i> a basi ad apicem crescen- tes, articulis glo- bosis : <i>Thorax</i> aequalis, margi- natus.
		25. MYLABRIS.	<i>Antennae</i> sensim crescentes, arti- culis hemisphae- ricis, rostro bre- vi plano insiden- tes : <i>antennulae</i> quatuor in ex- tremo rostri.
		26. SCOLYTUS.	<i>Antennae</i> clauatae claua solida : Ro- strum nullum.
		27. ANASPIS?	<i>Antennae</i> filifor- mes sensim cre- scentes : <i>scutel- lum</i> vix appa- rens : <i>Thorax</i> planus, laevis, non marginatus.
		28. TRITOMA?	<i>Antennae</i> extror- sum sensim cras- siores, antennu- lis longiores : <i>Corpus</i> oblongum.
19. MELOE.	<i>Thorax</i> subro- tundus. <i>Caput</i> gibbum, infle- xum.	29. CANTHARIS.	<i>Antennae</i> filifor- formes : <i>Thorax</i> inaequalis, sca- ber, non margi- natus.
		30. CEROCOMA.	<i>Antennae</i> ultimo articulo clauato, (masculis com- plicatae, in me- dio pectinatae.)
		31. MELOE.	<i>Antennae</i> a medio ad basin et api- cem decrescen- tes : <i>alae</i> nullae.
		18. TENE-	

- | <i>Genera.</i>   | <i>Charactères.</i>   | <i>Genera.</i>                 | <i>Charactères.</i>  |
|------------------|---|--------------------------------|--|
| 18. TENEBRIO.    | <i>Thorax</i> marginatus. <i>Caput</i> exsertum: <i>Corpus</i> oblongum.  | 32. DIAPERIS.                  | <i>Antennae</i> taxiformes, articulis lentiformibus per centrum perfoliatis: <i>Thorax</i> conexus marginatus. |
| 20. MORDELLA.    | <i>Laminae</i> ad basin abdominis. <i>Caput</i> inflexum.   | 33. TENEBRIO.                  | <i>Antennae</i> filiformes: <i>Thorax</i> planus, marginatus.  |
| 22. STAPHYLINVS. | <i>Elytra</i> dimidiata alas tegentia. <i>Vesiculae</i> duae supra caudam exferendae.<br><i>γ. Antennis setaceis.</i> | 34. MORDELLA.                  | <i>Antennae</i> subseratae, articulis triangularibus: <i>Thorax</i> antice attenuatus, convexus.               |
| 10. CERAMBYX.    | <i>Thorax</i> lateribus mucronato-callosus.   | 35. STAPHYLINVS.               | <i>Antennae</i> filiformes: <i>Alae</i> tectae: <i>Abdomen</i> inerme.   |
|                  |   | 36. BRUCHVS.                   | <i>Antennae</i> filiformes: <i>thorax</i> subrotundus, gibbus: <i>Caput</i> sphaericoideum dorso conuexo.      |
|                  |   | 37. CERAMBIX.                  | <i>Antennae</i> a basi ad apicem decrescentes in oculo positae: <i>Thorax</i> aculeatus.                       |
|                  |   | 38. PRIONVS.                   | <i>Antennae</i> serratae in oculo positae.   |
|                  |   | 39. PYROCHROA?                 | <i>Antennae</i> vno versu pectinatae: <i>Thorax</i> inaequalis scaber, non marginatus.                         |
|                  |   | 40. NOTOXVS.                   | <i>Antennae</i> filiformes: <i>Thorax</i> cucullatus, dente acuto.   |
| 11. LEPTVRA.     | <i>Elytra</i> apice attenuata. <i>Thorax</i> teretiusculus.   | LEPTVRAE et STENOCORI species. |  |
|                  |   | 41. LEPTVRA.                   | <i>Antennae</i> a basi ad apicem decrescentes in oculo positae: <i>Thorax</i> inermis.                         |

# XVI INSECTOR. DIVISIO METHODICA.

<i>Genera.</i>	<i>Charaâteres.</i>	<i>Genera.</i>	<i>Charaâteres.</i>
		42. STENOCORVS.	<i>Antennae</i> a basi ad apicem decrefcentes ante oculos positae: <i>Elytra</i> apice angustiora.
12. CANTHARIS.	<i>Elytra</i> flexilia. <i>Abdomen</i> lateribus plicato-papillosum.	43. LAMPYRIS.	<i>Antennae</i> filiformes: <i>Caput</i> clypeo thoracis marginato tectum: <i>Abdominis</i> latera plicato-papillosa.
		44. CICINDELA.	<i>Antennae</i> filiformes: <i>Thorax</i> planus, marginatus: <i>Caput</i> detectum: <i>Elytra</i> flexilia.
15. BVPRESTIS.	<i>Caput</i> intra thoracem retractum.	45. CVCVIVS.	<i>Antennae</i> serratae breues: <i>Thorax</i> subtus nudus: <i>Caput</i> dimidium intra thoracem, crassum.
13. ELATER.	<i>Pectoris</i> mucro e poro abdominis profiliens.	46. ELATER.	<i>Antennae</i> serratae (vel filiformes) intra capitis cavitatem subtus receptae: <i>Thorax</i> subtus aculeo, intra cavitatem abdominis recepto donatus.
		47. OMALYSVS?	<i>Antennae</i> filiformes: <i>Thorax</i> planus, tetragonus, angulis posterioribus in spinam productis.
14. CICINDELA.	<i>Maxillae</i> exsertae dentatae. <i>Oculi</i> prominenti.	BVPRESTIS species.	
16. DYTISCVS.	<i>Pedes</i> postici ciliati natatorii.	48. HYDROPHILVS.	<i>Antennae</i> clauatae perfoliatae, antennulis breviores: <i>Pedes</i> natatorii.
		49. DYTICVS.	<i>Antennae</i> filiformes capite longiores: <i>Pedes</i> natatorii.
		17. CARA-	

# COLEOPTERA. HEMIPTERA. XVII

Genera.	Charactères.	Genera.	Charactères.
17. CARABVS.	<i>Thorax</i> obcordatus postice truncatus.	50. GYRINVS.	<i>Antennae</i> rigidae, capite breuiores: <i>Pedes</i> natatorii: <i>Oculi</i> quatuor.
21. NECYDALIS.	<i>Elytra</i> dimidiata. <i>Alis</i> nudis.	51. BUPRESTIS.	<i>Antennae</i> filiformes: trochanter magnus, seu appendix ad basin femorum posteriorum.
23. FORFICVLA.	<i>Elytra</i> dimidiata. <i>Alis</i> tectis. <i>Cauda</i> forcipata.	52. NECYDALIS.	<i>Antennae</i> filiformes: <i>Alae</i> nudaе.
24. BLATTA.	<i>Elytra</i> alaeque coriacea plana. <i>Cauda</i> supra bicornis.	53. FORFICVLA.	<i>Antennae</i> filiformes: <i>Alae</i> tectae: <i>Abdomen</i> forcibus armatum.
25. GRYLLVS.	<i>Elytra</i> alaeque membranacea deflexa. <i>Pedes</i> saltatorii.	54. BLATTA.	<i>Antennae</i> filiformes: ad ani latera appendices vesiculosi, transversim fulcati.
		55. GRYLLVS.	<i>Antennae</i> filiformes: <i>Cauda</i> bifida: <i>Ocelli</i> tres.
		56. ACRYDIVM.	<i>Antennae</i> filiformes corpore dimidio breuiores: <i>Ocelli</i> tres.
		57. LOCUSTA.	<i>Antennae</i> filiformes corpore longiores: <i>Ocelli</i> tres.
		58. MANTES.	<i>Antennae</i> filiformes.

## ORDO II.

### \* HEMIPTERA.

Genera.	Charactères.	Genera.	Charactères.
26. CICADA.	<i>Rostrum</i> inflexum. <i>Pedes</i> postici saltatorii.	59. CICADA.	<i>Antennae</i> capite breviores. <i>Ocelli</i> duo. <i>Rostrum</i> inflexum. <i>Alae</i> quatuor, inferiores cruciatae.
29. CIMEX.	<i>Rostrum</i> inflexum. <i>Pedes</i> cursorii.	60. CIMEX.	<i>Antennae</i> capite longiores, articulis quatuor vel quinque. <i>Rostrum</i> inflexum. <i>Alae</i> quatuor, superiores femielytra.

- \* α. Tarforum articulis tribus.  
59. 60.  
γ. Tarforum articulo unico.  
62. 64. 66.

27. NOTO-  
β. Tarforum articulis duobus.  
61. 63. 65. 69.


# XVIII INSECTOR. DIVISIO METHODICA.

<i>Genera.</i>	<i>Characteres.</i>	<i>Genera.</i>	<i>Characteres.</i>
27. NOTONECTA.	<i>Rostrum</i> inflexum. <i>Pedes</i> postici natatorii (ciliati.)	61. NOTONECTA.	<i>Antennae</i> brevissimae infra oculos positae. <i>Rostrum</i> inflexum. <i>Alae</i> quatuor cruciatae. <i>Pedes</i> sex natatorii. <i>Scutellum</i> praefens.
		62. CORIXA.	<i>Antennae</i> brevissimae infra oculos positae. <i>Rostrum</i> inflexum. <i>Alae</i> quatuor cruciatae. <i>Pedes</i> sex primi cheliformes: postici natatorii. <i>Scutellum</i> nullum.
28. NEPA.	<i>Rostrum</i> inflexum. <i>Pedes</i> antici capitis cheliferi.	63. NAVCORIS.	<i>Antennae</i> brevissimae infra oculos positae. <i>Rostrum</i> inflexum. <i>Alae</i> quatuor cruciatae. <i>Pedes</i> sex, primi cheliformes. <i>Scutellum</i> praefens.
		64. HEPHA.	<i>Antennae</i> cheliformes. <i>Rostrum</i> inflexum. <i>Alae</i> quatuor cruciatae. <i>Pedes</i> quatuor.
31. CHERMES.	<i>Rostrum</i> pectorale. <i>Pedes</i> postici saltatorii.	65. PSYLLA.	<i>Rostrum</i> pectorale inter primum et secundum par femorum. <i>Alae</i> quatuor laterales. <i>Pedes</i> saltatorii. <i>Abdomen</i> acuminatum. <i>Ocelli</i> tres.
30. APHIS.	<i>Rostrum</i> inflexum. <i>Abdomen</i> bicornne.	66. APHIS.	<i>Rostrum</i> inflexum. <i>Alae</i> quatuor erectae vel nullae. <i>Pedes</i> ambulatorii. <i>Abdomen</i> bicornne.
32. COCCVS.	<i>Rostrum</i> pectorale. <i>Abdomen</i> postice setosum maribus.	67. COCCVS.	<i>Rostrum</i> pectorale inter primum et secundum par femorum. <i>Alae</i> duae masculis erectae. <i>Abdomen</i> appendicibus setaceis. <i>Foemina</i> insecti formam seruans.
		33. THRIPS.	

# HEMIPTERA. LEPIDOPT. TETRAPTERA. XIX

*Genera. Characteres. Genera. Characteres.*

68. CHERMES. *Rostrum* pectorale inter primum et secundum par femorum. *Alae* duae masculis erectae. *Abdomen* appendicibus setaceis. *Foemina* folliculi formam induens.
33. THRIPS. *Rostrum* obsoletum. *Alae* incumbentes abdomini reflexili.
69. TRIPS. *Antennae* filiformes. *Os* rimula longitudinali. *Tarsi* vesiculosi.
- Inter coleoptera refertur.



## ORDO III.


### LEPIDOPTERA.

### TETRAPTERA alis farinaceis.

*Genera. Characteres. Genera. Characteres.*

34. PAPILIO. *Antennae* extrorsum crassiores. *Alae* erectae.
70. PAPILIO. *Antennae* clauatae. *Chrysalis* nuda.
35. SPHINX. *Antennae* medio crassiores.
71. SPHINX. *Antennae* prismaticae. *Chrysalis* in puppa.
36. PHALAENA. *Antennae* introrsum crassiores.
72. PHALAENA. *Antennae* a basi ad apicem decrescetes. *Chrysalis* in puppa. *Larva* nuda.
73. TINAEA. *Antennae* filiformes a basi ad apicem decrescetes. *Frons* prominula. *Larva* inuolucro testata. *Chrysalis* in inuolucro laruae.
74. PTEROPHORVS. *Antennae* filiformes. *Lingua* spiralis. *Alae* ramosae, ramis pilosis. *Chrysalis* nuda horizontalis.

# XX INSECTOR. DIVISIO METHODICA.



## ORDO IV.

### NEVROPTERA.

*Genera. Characteres.*

37. LIBELLULA. *Cauda forcipata. Os maxillosum. Alae extensae.*

38. EPHEMERA. *Cauda setis 2. f. 3. Os edentulum. Alae erectae.*

39. PHRYGANEAE. *Cauda simplex. Os edentulum. Alae deflexae.*

40. HEMEROBIVS. *Cauda simplex. Os bidentatum. Alae deflexae.*

41. PANORPA. *Cauda chelata. Os rostratum. Alae incumbentes.*

## ORDO III.

### \*TETRAPTERA alis nudis.

*Genera. Characteres.*

75. LIBELLULA. *Antennae brevissimae. Os maxillosum. Cauda masculis forcipata. Ocelli tres ante aut inter oculos.*

76. EPHEMERA. *Antennae brevissimae. Alae inferiores multo breviores. Cauda setosa. Ocelli tres magni ante oculos.*

77. PERLA. *Antennae filiformes. Alae incumbentes, cruciatae, aequales. Os tentaculis quatuor. Cauda bifida. Ocelli tres.*

78. PHRYGANEAE. *Antennae filiformes. Alae laterales, testiformes, pone assurgentes. Os tentaculis quatuor. Cauda nuda. Ocelli tres.*

#### HEMEROBII species.

79. HEMEROBIVS. *Antennae filiformes; Alae saepe aequales. Os prominens tentaculis quatuor. Cauda nuda. Ocelli nulli.*

80. FORMICALEO. *Antennae breves, clauatae, crassae. Alae aequales. Os prominens tentaculis quatuor. Cauda nuda. Ocelli nulli.*

#### PHRYGANEAE species.

81. PANORPA. *Antennae longae filiformes. Alae aequales. Rostrum corneum, cylindraceum. Cauda chelifera forficibus armata. Ocelli tres.*

#### RAPHI-

\* α. Tarforum articulis tribus.

75. 77.

γ. Tarforum articulis quinque.

76. 78. 79. 80. 81. 83. 84. 85. 86.

87. 88. 89. 90. 91. 92.

β. Tarforum articulis quatuor.

82.

- | <i>Genera.</i> | <i>Characteres.</i>  | <i>Genera.</i> | <i>Characteres.</i>   |
|----------------|--|----------------|---|
| 42. RAPHDIA.   | <i>Cauda</i> filo unico.<br><i>Os</i> bidentatum.<br><i>Alae</i> deflexae. | 82. RAPHDIA.   | <i>Antennae</i> filiformes.<br><i>Alae</i> incumben-<br>tes. <i>Os</i> tentacu-<br>lis quatuor. <i>Cauda</i><br>nuda. <i>Ocelli</i> tres. |

\*\*\*\*\*

## ORDO V.


## ORDO IV.

## HYMENOPTERA.

- | <i>Genera.</i> | <i>Characteres.</i>                   | <i>Genera.</i>  | <i>Characteres.</i>   |
|----------------|---------------------------------------|-----------------|---|
| 43. CYNIPS.    | <i>Aculeus</i> spiralis.              | 83. CYNIPS.     | <i>Antennae</i> cylindra-<br>cae fractae. <i>Alae</i><br>inferiores brevio-<br>res. <i>Os</i> maxillo-<br>sum. <i>Aculeus</i> ani<br>conicus intra val-<br>vas abdominis.<br><i>Abdomen</i> suboua-<br>tum, ad latera<br>compressum, sub-<br>tus acutum, petio-<br>lo thoraci conne-<br>xum. <i>Ocelli</i> tres.      |
|                |                                       | 84. DIPLOLEPIS. | <i>Antennae</i> filiformes<br>longae articulis<br>14. <i>Alae</i> inferiores<br>breuiore. <i>Os</i> ma-<br>xillosum. <i>Aculeus</i><br>ani conicus intra<br>valvas abdomi-<br>nis. <i>Abdomen</i> oua-<br>tum ad latera com-<br>pressum subtus<br>acutum, petiolo<br>breui thoraci con-<br>nexum. <i>Ocelli</i> tres. |
|                |                                       | 85. EVLOPHVS?   | <i>Antennae</i> ramosae<br><i>Alae</i> inferiores<br>breuiore. <i>Os</i> ma-<br>xillosum. <i>Aculeus</i><br>ani conicus. <i>Ab-</i><br><i>domen</i> subouatum<br>petiolo thoraci<br>connexum. <i>Ocelli</i><br>tres.  |
| 44. TENTHREDO. | <i>Aculeus</i> ferratus,<br>bivaluis. | 86. TENTHREDO.  | <i>Antennae</i> filiformes<br><i>Alae</i> inferiores,<br>breuiore. <i>Os</i> ma-<br>xillosum. <i>Aculeus</i><br>ani dentatus non<br>prominens. <i>Abdo-</i><br><i>men</i> vbiq. ae-<br>quale thoraci con-<br>natum. <i>Ocelli</i> tres.   |

# XXII INSECTOR. DIVISIO METHODICA.

Genera.	Chara�teres.	Genera.	Chara�teres.
45. SIREX.		87. VROCERVS.	<i>Antennae</i> filiformes. <i>Alae</i> inferiores, breuiores. <i>Os</i> maxillosum. <i>Aculeus</i> ani dentatus prominens corniculo tectus. <i>Abdomen</i> vbique aequale thoraci connatum. <i>Ocelli</i> tres.
46. ICHNEVMON.	<i>Aculeus</i> ex-fertus, tri-plex.	88. CRABRO?	<i>Antennae</i> clauatae. <i>Alae</i> inferiores, breuiores. <i>Os</i> maxillosum. <i>Aculeus</i> ani dentatus. <i>Abdomen</i> vbique aequale thorace connatum. <i>Ocelli</i> tres.
		89. ICHNEVMON.	<i>Antennae</i> filiformes, longae, vibratiles. <i>Alae</i> inferiores breuiores. <i>Os</i> maxillosum. <i>Aculeus</i> ani triplex. <i>Abdomen</i> petiolo tenui longo thoraci connexum. <i>Ocelli</i> tres.
47. SPHEX.	<i>Aculeus</i> puncto-rius. <i>Alae</i> planae. <i>Os</i> elin-gue.	ICHNEVMON.	VESPAEque species.
49. VESPA.	<i>Aculeus</i> puncto-rius. <i>Alae</i> superiores plica-tae.	90. VESPA.	<i>Antennae</i> fractae articulo primo longiore. <i>Alae</i> inferiores breuiores. <i>Os</i> maxillosum lingua membranacea inflexa. <i>Aculeus</i> ani simplex subulatus. <i>Abdomen</i> petiolo breuissimo thora-ce connexum. <i>Ocelli</i> tres. <i>Corpus</i> glabrum.
50. APIS.	<i>Aculeus</i> puncto-rius. <i>Lingua</i> inflexa.	91. APIS.	<i>Antennae</i> fractae articulo primo longiore. <i>Alae</i> inferiores, breuiores. <i>Os</i> maxillosum lingua membranacea inflexa. <i>Aculeus</i> ani simplex subulatus. <i>Abdomen</i> petiolo breuissimo thora-ci connexum. <i>Ocelli</i> tres. <i>Corpus</i> villosum.
48. CHRYSIS.		92. FORMICA.	<i>Antennae</i> fractae articulo primo longiore. <i>Alae</i> inferiores breuiores, neutris nullae. <i>Os</i> maxillosum. <i>Abdomen</i> petiolo breui thoraci connexum cum squama intermedia. <i>Ocelli</i> tres.
51. FORMICA.	<i>Aculeus</i> obsole-tus. <i>Alae</i> neu-tris nullae.		
52. MVTILLA.	<i>Aculeus</i> puncto-rius. <i>Alae</i> om-nibus nullae.		



ORDO VI.

DIPTERA.

ORDO V.

Genera. Characteres.

53. OESTRVS. *Os* clausum, siue nullum.

54. TIPVLA. *Os* labiis lateralibus.

55. MVSCA. *Os* proboscide edentulum.

56. TABANVS. *Os* proboscide dentatum.

57. CVLEX. *Os* rostro nutante univalui.

58. EMPIS. *Os* rostro inflexo.

59. CONOPS. *Os* rostro porrecto geniculato.

60. ASILVS. *Os* rostro porrecto subulato.

61. BOMBYLVS. *Os* rostro porrecto setaceo.

62. HIPPOBOSCA. *Os* rostro subnutante brevissimo.

Genera.

93. OESTRVS. *Antennae* setaceae a globulo prod-euntes. *Os* nullum, puncta tantum tria. *Ocelli* tres.

94. TIPVLA. *Antennae* filiformes subpectinatae (maribus saepe plumosae) capite multo longiores. *Os* tentaculis incuruis articulatis. *Ocelli* tres.

95. BIBIO. *Antennae* taxiformes, perfoliatae, capite vix longiores. *Os* tentaculis incuruis articulatis. *Ocelli* tres.

96. MVSCA. *Antennae* e patella plana, solida, seta laterali seu pilo. *Os* proboscide absque dentibus. *Ocelli* tres.

97. STRATIOMYS. *Antennae* setaceae fractae. *Os* proboscide absque dentibus. *Thoracis* apex aculeatus. *Ocelli* tres.

98. VOLVCELLA. *Antennae* patellatae, seta laterali pilosa, capiti infidentes. *Os* proboscide, vagina acuta seu rostro reconditum. *Ocelli* tres.

99. NEMOTELVS? *Antennae* moniliformes stylo terminatae rostro infidentes. *Os* proboscide vagina acuta, seu rostro reconditum. *Ocelli* tres.

100. SCATOPSE? *Antennae* filiformes. *Os* proboscide absque dentibus. *Ocelli* tres.

101. TABANVS. *Antennae* setaceo-conicae e quatuor partibus. *Os* proboscide dentibus conniuentibus. *Ocelli* tres.

102. CVLEX. *Antennae* pectinatae, maribus plumosae. *Os* siphone filiformi. *Ocelli* nulli.

103. STOMOXYS. *Antennae* patellatae, seta lateralipilosa. *Os* rostro subulato, simplici acuto. *Ocelli* tres.

ASILI species.

104. ASILVS. *Antennae* setaceo-conicae, quadripartitae. *Os* rostro subulato acuto. *Ocelli* tres.

ASILI species.

105. HIPPOBOSCA. *Antennae* setaceae brevissimae ex unico pilo. *Os* rostro cylindrico obtuso. *Ocelli* nulli.

ORDO

# XXIV INSECT. DIVISIO METHODICA. APTERA.

\*\*\*\*\*

## ORDO VII.

## ORDO VI.

### A P T E R A.

*Genera. Characteres.*

*Genera.*

*Characteres.*

*Pedibus sex, capite a thorace discreto.*

63. LEPISMA. Cauda setis  
exfertis.

106. FORBICINA. *Pedes sex origine lata et squa-  
mosa. Oculi duo. Os tentaculis  
duobus in mobilibus. Antennae  
filiformes: Abdominis cauda tri-  
pilis. Corpus squamis tectum.*

64. PODVRA. Cauda setis  
exfertis.

107. PODVRA. *Pedes sex. Oculi duo. Antennae  
filiformes. Abdomen cauda bi-  
furca inflexa, saltatrix. Corpus  
squamis tectum.*

65. TERMES. Os maxillis  
duabus.

#### PEDICVLI species.

66. PEDICVLVS. Os acu-  
leo exferendo.

108. PEDICVLVS. *Pedes sex. Oculi duo. Antennae  
filiformes. Abdomen simplex.*

67. PVLEX. Os rostro in-  
flexo.

109. PVLEX. *Pedes sex saltatorii. Oculi duo.  
Os inflexum. Antennae filifor-  
mes. Abdomen simplex, subro-  
tundum.*

*Pedibus pluribus (octo et  
ultra; Capite cum tho-  
race unito.)*

68. ACARVS. Oculi duo  
remoti. Pe-  
des octo.

110. ACARVS. *Pedes octo. Oculi duo. Antennae  
simplices rostro breviores.*

111. CHELIFER. *Pedes octo. Oculi duo. Antennae  
cheliformes rostro longiores.*

69. PHALANGIVM. Oculi  
duo approxima-  
ti. Pedes octo.

112. PHALANGIVM. *Pedes octo. Oculi duo. An-  
tennae angulosae. Tentacula duo  
longa antenniformia.*

70. ARANEA. Oculi octo.  
Pedes octo.

113. ARANEA. *Pedes octo. Oculi octo.*

71. CANCER. Oculi duo.  
Pedes de-  
cem. Cau-  
da inermis.

114. CANCER. *Pedes decem, primi cheliformes.  
Oculi duo. Antennae filiformes.  
Cauda foliosa. Corpus crusta  
tectum.*

72. MONOCVLVS. Oculi  
duo. Pedes  
branchiales.

115. MONOCVLVS. *Pedes sex. Oculi unus. Anten-  
nae multiplices, setis plurimis la-  
teralibus. Corpus crusta tectum.*

116. BINOCVLVS. *Pedes sex. Oculi duo. Antennae  
simplices, setaceae. Cauda bifi-  
da. Corpus crusta tectum.*

*Pedibus pluribus, capite  
a thorace discreto.*

73. ONISCVS. Corpus oua-  
tum.

117. ONISCVS. *Pedes quatuordecim. Antennae  
duae fractae.*

118. ASELLVS. *Pedes quatuordecim. Antennae  
quatuor fractae.*

74. SCOLOPENDRA. Cor-  
pus lineare.

119. SCOLOPENDRA. *Pedes ad minimum viginti-  
quatuor, saepe plus. Corpus pla-  
num. Antennae filiformes, arti-  
culis breuibus pluribus.*

75. IVLVS. Corpus sub-  
cylindra-  
ceum.

120. IVLVS. *Pedes plus quam centum. Cor-  
pus teres cylindraceum. An-  
tennae articulis quinque.*

INSECTO-

---

# INSECTORVM

## ORDO I.

### COLEOPTERA.

#### ELYTRA ALAS TEGENTIA.

---

#### I. SCARABAEVS.

Antennae clauatae capitulo fissili.

Tibiae antice saepius dentatae.

1. SCARABAEVS *nasicornis* thorace prominentia triplici: capitis cornu recurvato.  
*Roes. infect. 2. scar. 1. t. 7. f. 8. 10.*  
In ligno putrido.
2. SCARABAEVS *nuchicornis* thorace inermi: occipite spina erecta armato: scutello nullo.  
*Poes. inf. 2. t. A. f. 4.*  
Sub macerie.
3. SCARABAEVS *fossor* thorace inermi subretuso: capite tuberculo triplici: medio subcornuto.  
In fylua.
4. SCARABAEVS *finetarius* thorace inermi: capite tuberculato: elytris rubris: corpore nigro.  
*Roes. inf. 2. scar. A. f. 3.*  
In fimo.
5. SCARABAEVS *stercorarius* muticus, ater, glaber: elytris fulcatis: capite rhombeo vertice prominulo.  
*Frisch. inf. 4. t. 13. f. 6.*  
In stercore.
6. SCARABAEVS *vernalis* muticus: elytris glabris laevissimis: capitis clypeo rhombeo vertice prominulo.  
In stercore.
7. SCARABAEVS *fabulosus* muticus niger opacus: tuberculis rugosus: antennis basi pilosis.  
In fabuloso.
8. SCARABAEVS *horticola* muticus: capite thoraceque caeruleo subpiloso: elytris griseis: pedibus nigris.  
In hortis.

9. SCARABAEVS *melolontha* muticus testaceus: thorace villoso: abdominis incisuris albis: cauda inflexa.

*Roef. inf. 2. scar. t. 1.*

In Malo, Quercu, etc.

10. SCARABAEVS *solstitialis* muticus testaceus: thorace villoso: elytris luteo-pallidis: lineis tribus albis parallelis.

*Frisch. inf. 9. t. 15. f. 3.*

In aruis.

11. SCARABAEVS *quisquilius* muticus ater glaber: elytris liuido-testaceis.

In quisquiliis.

12. SCARABAEVS *auratus* muticus auratus: segmento abdominis secundo lateribus unidentato.

*Roef. inf. 2. scar. t. 2. f. 8. 9.*

In syringa, spiraea.

13. SCARABAEVS *nobilis* muticus auratus laevis: abdomine postice albo-punctato.

*Roef. inf. 2. scar. t. 3. f. 3, 4, 5.*

14. SCARABAEVS *ceruus* maxillofus: maxillis exsertis apice bifurcatis latereque unifurcatis.

*Roef. inf. 2. scar. t. 5. f. 7, 8, 9.*

In Quercu.

## 2. DERMESTES.

Antennae clauatae capitulo perfoliato articulis tribus crassioribus.

Thorax conuexus, vix marginatus.

Caput sub thorace inflexum condens.

15. DERMESTES *lardarius* niger: elytris antice cinereis.

*Frisch. inf. 5. t. 9.*

In cadaueribus.

16. DERMESTES *pellio* niger: coleoptris punctis albinis.

*Frisch. inf. 5. t. 8.*

In parietibus.

17. DERMESTES *pectinicornis* fuscus: antennis luteis pinnatis.

In Nemore.

18. DERMESTES *mollis* testaceus: oculis fuscis: antennis filiformibus.

In sepibus.

19. DERMESTES *fenestralis* castaneus: capite nigricante: thorace fusco.

In fenestra.

20. DERMESTES *domesticus* niger: elytris griseis margine nigris: thorace villoso.

In domibus.

21. DERMESTES *murinus* tomentosus oblongus, fusco cinereoque nebulosus: scutello luteo.

*Frisch. inf. 4. t. 18.*

In caudice cauo.

22. DERMESTES *pilula* tomentosus ouatus fusco-nebulosus.

Sub lapide.

23. DERMESTES *paniceus* ferrugineus, oculis rufis.

In pane.

24. DERMESTES *stercoreus* oblongus glaber testaceus: oculis nigris.

In fimo.

25. DERMESTES *ferrugineus* oblongus semicylindricus: elytris abbreviatis.

In domibus.

26. DERMESTES *pedicularius* oblongus testaceus: elytris abbreviatis.

In floribus.

27. DERMESTES *pulicarius* oblongus niger: elytris abbreviatis: abdomine acuto.

In floribus.

28. DERMESTES *psyllius* ouatus niger: abdomine obtuso: thorace elytrisque marginatis.

In floribus.

4 COLEOPTERA. HISTER. SILPHA.

29. DERMESTES *scanicus* fuscus, thorace subtestaceo.  
In plantis.
- 30.\* DERMESTES *fasciatus* niger: elytris fascia longitudinali flaua.  
In terra.

3. HISTER.

Antennae capitatae capitulo solidiusculo; infimo articulo compresso, decurvato.  
Caput intra corpus retractile.  
Os forcipatum.  
Elytra corpore breuiora.

31. HISTER *unicolor* totus ater: elytris substriatis.  
In plantis.
32. HISTER *quadrinaculatus* ater: elytris bimaculatis.  
In terra.

4. SILPHA.

Antennae extrorsum crassiores.  
Elytra marginata.  
Caput prominens.  
Thorax planiusculus, marginatus.

33. SILPHA *vespillo* oblonga atra: clypeo orbiculato inaequali: elytris fascia duplici ferruginea.  
*Roef. inf. 4. t. 1. f. 1, 2, 3.*  
In cadaueribus.
34. SILPHA *bipustulata* oblonga nigra: elytris singulis puncto unico rubro.  
In culina.
35. SILPHA *atrata* atra: elytris subpunctatis: lineis eleuatis tribus laeuibus: clypeo antice integro.  
In syluis.
36. SILPHA *thoracica* nigra: elytris obscuris: linea eleuata vnica: clypeo retuso testaceo.
37. SILPHA *rugosa* nigricans: elytris rugosis: lineis eleuatis tribus: thorace emarginato.  
In cadaueribus.

38. SIL-

COLEOPTERA. SILPHA. CASSIDA. COCCIN. 5

38. SILPHA *fabulosa* fusca: elytris lineis eleuatis tribus  
vtrunque dentatis: thorace subemarginato.  
In arenoso.
39. SILPHA *obscura* elytris punctatis: lineis eleuatis  
tribus: clypeo truncato.  
In quisquiliis.
40. SILPHA *grossa* nigra: elytris confertim punctatis:  
lineis eleuatis tribus: thorace emarginato.  
In quisquiliis.
41. SILPHA *aestiua* testacea tomentosa: thorace emar-  
ginato: oculis nigris.  
In floribus.
- 42.\* SILPHA *contusa* nigra: elytris fulcatis, contusis.  
In femita.

5. CASSIDA.

Antennae subfiliformes, extrorsum crassiores.  
Elytra marginata.  
Caput sub thoracis clypeo plano reconditum.

43. CASSIDA *viridis* viridis.  
*Frisch. inf. 13. t. 29.*  
*Reaum. inf. 3. t. 18.*  
*Roes. inf. 2. scar. 3. t. 6.*  
In plantis.
44. CASSIDA *nebulosa* pallide nebulosa.  
In plantis.
45. CASSIDA *nobilis* grisea, elytris linea caerulea niti-  
dissima.  
In hortis.

6. COCCINELLA.

Antennae subclauatae, truncatae.  
Palpi claua semicordata.  
Corpus hemisphaericum, thorace elytrisque marginatis,  
abdomine plano.

46. COCCINELLA *bipunctata* coleoptris rubris: punctis nigris duobus.  
*Frisch. inf. 9. t. 16. f. 4.*  
*Reaum. inf. 3. t. 31. f. 16.*  
 In alno.
47. COCCINELLA *quinquepunctata* coleoptris sanguineis: punctis nigris quinque.  
 In segete.
48. COCCINELLA *hieroglyphica* coleoptris luteis: maculis nigris duabus longitudinalibus sinuatis.  
 In frutice.
49. COCCINELLA *septempunctata* coleoptris rubris: punctis septem nigris.  
*Frisch. inf. 4. t. 1. f. 4.*  
*Reaum. inf. 3. t. 31. f. 18.*  
*Roes. inf. 2. scar. 3. t. 2.*  
 In agris.
- 50.\* COCCINELLA *octo-punctata* coleoptris rubris: punctis nigris octo.  
 In nemore.
51. COCCINELLA *decempunctata* coleoptris fulvis: punctis nigris decem.  
 In plantis.
52. COCCINELLA *undecimpunctata* coleoptris rubris: punctis nigris undecim.  
 In sepibus.
53. COCCINELLA *tredecimpunctata* coleoptris luteis: punctis nigris tredecim.  
 In armoracia.
54. COCCINELLA *quatuordecimpunctata* coleoptris flavis: punctis nigris quatuordecim: quibusdam contiguis.  
 In campo.
55. COCCINELLA *24-punctata* coleoptris rubris: punctis nigris viginti quatuor.  
 In gramine.
56. COCCINELLA *conglomerata* coleoptris flavescentibus: punctis nigris plurimis contiguis.

*Frisch.*

COLEOPTERA. COCCIN. CHRYSOMELA. 7

*Frisch. inf. 9. t. 17. f. 4, 5.*

In sepibus.

57. COCCINELLA *quatuordecimguttata* coleoptris rubris punctis albis quatuordecim.

In nemore.

58. COCCINELLA *sexpustulata* coleoptris nigris: punctis rubris sex.

In arbore.

59. COCCINELLA *pantherina* coleoptris nigris: punctis flavis octo.

Passim.

7. CHRYSOMELA.

Antennae moniliformes extrorsum crassiores.

Thorax, non elytra, marginatus

60. CHRYSOMELA *goettingensis* ovata nigra: pedibus violaceis.

*Roes. inf. 2. scar. 3. t. 5.*

In pratis.

61. CHRYSOMELA *graminis* ovata viridis nitida: antennis pedibusque concoloribus.

In gramine.

62. CHRYSOMELA *aenea* ovata viridis nitida: abdomine postice ferrugineo.

In alno.

63. CHRYSOMELA *Alni* ovata violacea: elytris punctis excavatis sparsis.

In alno.

64. CHRYSOMELA *hemaptera* ovata violacea: alis rubris.

In nemore.

65. CHRYSOMELA *padi* ovata nigra: elytris apice lividis.

In pruno pado.

66. CHRYSOMELA *betulae* ovata violacea: elytris punctis excavatis striatis.

In betula.

67. CHRYSOMELA *armoraciae* ovata nigra nitidissima subcaerulea: subtus atra.

In armoracia.

68. CHRYSOMELA *staphylea* ovata obscure testacea tota.

In caudice.

69. CHRYSOMELA *Polygoni* ovata caerulea: thorace femoribus anoque rufis.

In polygono.

70. CHRYSOMELA *polita* ovata: thorace aurato: elytris rufis.

In falice.

71. CHRYSOMELA *populi* ovata: thorace caerulescente: elytris rubris apice nigris.

In populo.

72. CHRYSOMELA *sanguinolenta* ovata nigra: elytris margine sanguineis.

In falice.

- 73.\* CHRYSOMELA *bimaculata* ovata testacea: elytris basi ferrugineis.

In aruo.

- 74.\* CHRYSOMELA *Fridrichsdalensis* ovata, thorace macula nigra: elytris sanguineis immaculatis: abdomine nigro.

In alno.

Foeminae sunt elytra sanguinea maculis singulo nigris quatuor.

75. CHRYSOMELA *oleracea* saltatoria, corpore virefcenti - caeruleo.

In oleribus.

76. CHRYSOMELA *chrysocephala* saltatoria: corpore atro-caeruleo: fronte pedibusque quatuor anticis luteis.

In luco.

77. CHRYSOMELA *hyoscyami* saltatoria: corpore virefcenti - caeruleo: pedibus testaceis: femoribus posticis violaceis.

In hyoscyamo.

78. CHRYSOMELA *nemorum* saltatoria atra: elytris linea flava: pedibus pallidis.

In plantis.

79. CHRYSOMELA *rufipes* saltatoria caerulea obouata: capite, thorace, pedibus, antennisque rufis.

In plantis.

COLEOPTERA. CHRYSOM. CVRCVLIO. 9

80. CHRYSOMELA *bipunctata* cylindrica, thorace nigro nitido: elytris rubris punctis duobus nigris: antennis longis.

In frutice.

81. CHRYSOMELA *obscura* subcylindrica thorace nigro: elytris pedibusque nigris.

In sylua.

82. CHRYSOMELA *merdigera* oblonga rubra: thorace cylindraceo vtrinque impresso.

In horto.

83. CHRYSOMELA *asparagi* oblonga, thorace rubro punctis duobus nigris: elytris flauis cruce punctisque quatuor nigris.

*Frisch. inf. 1. t. 6.*

*Roef. inf. 2. scar. 3. t. 4.*

In asparagi ramis.

84. CHRYSOMELA *vitellina* ouata aenea.

*Roef. inf. 2. scar. 3. t. 1.*

In falice.

85. CHRYSOMELA *duodecim punctata* oblonga rufa: elytris punctis sex: pectore pedumque geniculis nigris.

*Frisch. inf. 13. t. 28.*

In Asparago.

86. CHRYSOMELA *Phellandrii* oblonga nigra: thorace elytrisque lineis duabus luteis.

In Phellandrio.

87. CHRYSOMELA *melanopa* oblonga caerulea: thorace pedibusque rufis.

In nemore.

88. CHRYSOMELA *hirta* longa villosa nigra: thorace teretiufculo: elytris testaceis.

In sylua.

8. CVRCVLIO.

Antennae subclauatae rostro insidentes.

Rostrum corneum prominens.

89. CVRCVLIO *violaceus* longirostris violaceus: proboscide thoracis longitudine.

In nemore.

90. CVRCVLIO *aterrimus* longirostris ater: elytris nitidis.

Passim.

91. CVRCVLIO *cerasti* longirostris ater: elytris opacis oblongis.

In pyro.

92. CVRCVLIO *acridulus* longirostris piceus: abdomine ovato.

In plantis.

93. CVRCVLIO *purpureus* longirostris purpureus nitens.

In nemore.

94. CVRCVLIO *frumentarius* longirostris sanguineus.

In frumento.

95. CVRCVLIO *granarius* longirostris piceus oblongus: thorace punctato longitudine elytrorum.

In segetum feminibus.

96. CVRCVLIO *dorsalis* longirostris: elytris rubris: sutura nigra.

In ranunculo.

97. CVRCVLIO *rumicis* longirostris griseus nigro-nebulosus oblongus: pedibus antennisque subfuscis.

In rumice.

98. CVRCVLIO *pericarpus* longirostris subglobosus, nebulosus: coleoptris macula cordata alba.

In scrophularia.

99. CVRCVLIO *scrophulariae* longirostris subglobosus: coleoptris maculis duabus atris dorsalibus.

Reaum. inf. 3. t. 2. f. 12.

Ibidem.

100. CVRCVLIO *paraplecticus* longirostris cylindricus subcinereus: elytris mucronatis.

In filuis.

101. CVRCVLIO *Fagi* longirostris pedibus saltatoriis: corpore atro: femoribus pallidis.

In fago.

- 102.\* CVRCVLIO *foliorum* longirostris pedibus saltatoriis: corpore femoribusque atris: antennis pedibusque luteis.

In

In fago subcutanea. Caput et thorax ne lenti vix  
punctis excauatis. Elytra punctis striata.

103. CVRCVLIO *pomorum* longirostris femoribus anti-  
cis dentatis: corpore griseo nebuloso.

*Frisch. inf. p. 32. t. 8.*

In floribus Pomonae.

104. CVRCVLIO *oualis* longirostris femoribus omnibus  
dentatis: corpore ouato nigro, albo maculato.

Passim.

105. CVRCVLIO *carbonarius* longirostris femoribus omni-  
bus dentatis: corpore nigro oblongo: elytris striatis.

In alno.

106. CVRCVLIO *druparum* longirostris: femoribus den-  
tatis: rostro rubro: elytris testaceis obsolete fasciatis.

In ceraso.

107. CVRCVLIO *pyri* breuirostris: femoribus dentatis:  
aeneo-fuscus.

In pyro.

108. CVRCVLIO *argentatus* breuirostris: femoribus  
dentatis: corpore viridi-argentato.

In quercu et corylo.

109. CVRCVLIO *ouatus* breuirostris: femoribus denta-  
tis: abdomine ouato nigro: pedibus antennisque  
rufis.

In arbutis.

110. CVRCVLIO *germanus* longirostris: femoribus sub-  
dentatis: corpore ouato nigro punctis testaceis  
asperfo.

In nemore.

111. CVRCVLIO *viridis* breuirostris: femoribus muti-  
cis: corpore viridi: supra obscuro, subtus flauidiore.

In sylua.

112. CVRCVLIO *incanus* breuirostris cinereus oblon-  
gus: elytris obtusiusculis.

In gramine.

113. CVRCVLIO *cloropus* breuirostris niger: antennis  
tibiisque ferrugineis.

In plantis.

12 COLEOPTERA. CVRC. ATTEL. CERAMBYX.

114. CVRCVLIO *rufipes* breuirostris cinereus oblongus:  
pedibus rufis.

In plantis.

115. CVRCVLIO *ruficornis* breuirostris femoribus mu-  
ticis: corpore atro: thorace bituberculato: antennis  
rubris.

In ligno.

116.\* CVRCVLIO *murinus* breuirostris canus ouatus:  
elytris punctis striatis maculisque albidis.

Passim.

117. CVRCVLIO *scaber* longirostris cinereus: pedibus  
rufis: elytris scabris.

In terra.

118.\* CVRCVLIO *nodosus* breuirostris canescens: fe-  
moribus muticis ferrugineis: thorace conuexo elytris-  
que nodulis striatis.

In nemore.

9. ATTELABVS.

Caput postice attenuatum, inclinatum.

Antennae apicem versus crassiores.

119. ATTELABVS *coryli* niger: elytris rubris.

In corylo.

120. ATTELABVS *Betulae* pedibus saltatoriis: corpore  
toto atro.

In betula.

121. ATTELABVS *formicarius* elytris fasciis duabus al-  
bis basique rubris.

Passim.

122. ATTELABVS *buprestoides* ater: elytris neruosis:  
thorace subgloboso.

In quisquiliis.

10. CERAMBYX.

Antennae attenuatae.

Thorax spinosus, aut gibbus.

Elytra linearia.

123. CERAMBYX *cerdo* thorace spinoso rugoso nudo: corpore nigro: antennis longis: articulis quatuor primis clauatis.

In nemore.

124. CERAMBYX *nebulosus*, thorace spinoso: elytris subfasciatis, punctis fasciisque nigris: antennis longioribus.

125. CERAMBYX *aedilis* thorace spinoso punctis quatuor luteis: elytris obtusis nebulosis, antennis longissimis.

In domibus.

126. CERAMBYX *sutor* thorace spinoso, elytris obtusis atris subnebulosis: scutello pallido, antennis longissimis.

In sylua.

127. CERAMBYX *fur* thorace spinoso gibboso, coleoptris ouatis; fascia duplici albida, antennis filiformibus mediocribus.

In museis.

128. CERAMBYX *inquisitor* thorace spinoso: elytris nebulosis fusco-subfasciatis, antennis brevioribus.

In sylua.

129. CERAMBYX *linearis* antennis mediocribus: thorace cylindrico mutico, niger, pedibus omnibus totis luteis.

In sylua.

130. CERAMBYX *violaceus* thorace mutico, subrotundo pubescente, corpore violaceo: antennis mediocribus.

*Frisch. inf. 12. t. 3. t. 6. f. 1.*

In sylua.

131. CERAMBYX *baiulus* thorace mutico subrotundo viloso: tuberculis duobus, antennis brevibus.

*Frisch. inf. 13. t. 10.*

Passim.

132. CERAMBYX *castaneus* thorace mutico subrotundo, corpore nigro, elytris, antennis pedibusque ferrugineis, antennis mediocribus.

In sylua.

- 133.\* CERAMBYX *villicus* thorace mutico, cupreo tuberculato, elytris nigris, punctis striatis, antennis abdomine pedibusque ferrugineis.

In campo.

- 134.\* CERAMBYX *viridis* thorace mutico tuberculato violaceo: elytris viridibus punctis striatis: antennis nigris.

In ripa.

## II. LEPTVRA.

Antennae setaceae.

Elytra apicem versus attenuatae.

Thorax teretiusculus.

135. LEPTVRA *aquatica* deaurata, antennis nigris, femoribus posticis dentatis.

*Frisch inf. 12. t. 3. t. 6. f. 2.*

In plantis aquaticis.

136. LEPTVRA *melanura* elytris rubescentibus liuidisue, sutura apiceque nigris: thorace postice mucronato.

In sylua.

137. LEPTVRA *sanguinolenta* nigra, elytris sanguineis.

In nemore.

138. LEPTVRA *testacea* nigra, elytris testaceis: tibiis rufis: thorace postice rotundato.

In horto.

139. LEPTVRA *rubra* nigra, thorace elytris tibiisque purpureis.

*Frisch. inf. 12. t. 3. t. 6. f. 6.*

140. LEPTVRA *interrogationis* nigra, elytris liuidis: fascia longitudinali arcuata maculisque quatuor nigris.

In sylua.

141. LEPTVRA *arietis* thorace globoso nigro, elytris nigris fasciis flavis, secunda antrorsum arcuata: pedibus ferrugineis.

In horto.

142. LEPTVRA *arcuata* thorace globoso nigro, elytris nigris: fasciis linearibus flavis tribus retrorsum arcuatis: pedibus ferrugineis.

*Frisch. inf. 12. t. 3, 4. f. 1.*

In horto.

12. CANTHARIS.

Antennae *setaceae*.

Elytra *flexilia*.

Thorax *planiusculus*.

Abdominis latera *plicato-papillosa*.

143. CANTHARIS *Italica* elytris fuscis: thorace rufo, medio nigro.

In arbusto.

144. CANTHARIS *fusca* thorace marginato rubro macula nigra elytris fuscis.

*Frisch. inf. 12. t. 3, 6. f. 5.*

- β. . . thorace immaculato: femoribus rubris.

In arbutis.

145. CANTHARIS *livida* thorace marginato: tota testacea.

Passim.

146. CANTHARIS *rufa* thorace marginato, tota rufa, epigastrio alisque nigris.

In horto.

147. CANTHARIS *obscura* thorace marginato, marginibus rubris: elytris nigris.

In prato.

148. CANTHARIS *bipustulata* thorace marginato: corpore aeneo-viridi: elytris apice rubris.

In gramine.

149. CANTHARIS *testacea* thorace marginato flavo macula nigra: corpore nigro: elytris pedibusque lividis.

In plantis.

150. CANTHARIS *caerulea* thorace teretiusculo: corpore caeruleo subopaco.

In sylva.

151. CANTHARIS *viridissima* thorace teretiusculo: corpore viridi.

In ligno arido.

